

Confessiones Fratrum sint idonei: pro omnibus Fratribus Ordinis: prout concesserunt Summi Pontifices, & in Comitibus nostre Sacre Religionis generalibus est ordinatum. De quo vide Fratrem Emanuelem in Explicatione Cruciate, §. 9. nu. 22. & i. Tom. qq. regul. q. 21. art. 3. Vide etiam Patrem Antonium Corduensem in Expositione regule Fratrum Minorum cap. 7. per omnes questiones.

¶ Secundo notandum est ex Doctissimo Patre Antonio Corduensi. q. 2. super caput septimum Regule Fratrum Minorum, quod nunc iam est in Ordine consuetum quod Ministri Provinciales suam committant auctoritatem absolventi a casibus reservatis, Custodibus, & Guardianis: iuxta diffinitionem Capituli Generalis Albiensis ubi habetur. Instituitur, quod universi Confessores monialium familie nostre, habeant presenti decreto semper active auctoritatem Prælatorum super moniales in foro conscientie, quoad casus & sententias. Habeant similiter Guardiani, & eorum Vicarij in absentia ipsorum Guardianorum. Hæc ibi. Et hoc est amplius declaratum in subsequenti tabula Capituli Generalis La